



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

De Quinque gradibus vitae spiritualis, qui ad incipientes pertinent. Cap. ix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

De quinque gradibus vita spiritualis, qui ad incipientes pertinent.

C A P V T I X.

ACTIONES virtutis ex praedicto fine susceptae, & ad præfamat normam efformatae, nos in sanctitatem effertur, ac in mentis prouenient puritatem. Ut enim aliae artes ac scietiae iteratione propriorum actuum adiscuntur, ita haec artes præstantissima Deo famulandi, & haec vera sciencia, quæ sola homines sapientes efficit, studiosarum actionum repetitione perficitur. Et ille peritor euadit, & sanctior, qui amplius in his se exercet actionibus, ac maiori contentione laborat. Quis namque dicitur est? Nonne qui multiplicatis negotiationibus, maiora quotidie pecuniarum recondit augmenta? Et quis citius ad metu sui cursus accedit? Nonne ille qui permicioribus passibus in finem sibi destinatum contendit? Eodem prorsus modo, qui accuratius se in virtutis exercet actionibus, breuiori compendio perfectionis culmen assequitur. Hac cura bene studioseque operandi anima, non repete prodiit perfecta, sed quibusdam veluti gradibus spiritualis vita, in eius perfectionem ascendit. Cum autem terminus, ac meta huius vita sit, illa beata, & sempiterna vita, quam speramus, tales sint isti gradus necesse est; ut nos in ultimum finem euchant, & in vitam beatam exultant. Sed haec felix vita, templo illo magnifico adubrata fuit, quod pacificus Salomon in honorem, ac cultum Domini extruxit. Unde (inquit Venerabilis Beda) myterium ascensionis huius templi commemorans. Legimus, quod ad templum illud, quod Salomon ad honorum Domini edificauerat, quindecim gradibus ascendebatur, quod non vacat à mysterio. Templū enim illud præfigurabat tempū illud, quod in ecclesiī Ierusalē edificat Dominus ex viis lapidibus ad quod quasi quindecim gradibus ascēdatur.]

Idē cōfirmat Gregorius, dicens: Per quindecim vero illius tēpli gradus, spiritualis sanctoru signatur ascēsus.] Ut ergo res gelta congruat mysterio, quindecim gradus vita spiritualis, quibus ad cœlestem vitam confunduntur, assignemus. Merito vero in huiusmodi gradibus numerum, istum admittimus, siquidem (ut docet Hieronymus) quindecim gradus sunt, per quos ad canendum Deo, & in atrio eius confundendum, iustus ascendet. Et ideo apud Petrum quindecim diebus Paulus habitat, ut ostenderet, secum eo contulisse plenam scientiam, consummataque doctrinam. Haec autem nō est alia quam doctrina spiritus, cuius adeptione sapientes sumus, & diuinam claritatem assequimur. At quindecim gradus tēpli in tres ordines erant diuisi, ita ut post quinque gradus aliquod esset maius, & latius spatium in quo ascendentes requiescerent, quod etiam post alios quinque gradus inueniebatur. Qua gradu distinctione nobis innuitur, gradus vita spiritualis in tres quoque ordines est: diuisos. Quorum primus ad incipientes pertinet, secundus ad proficiens spectat: tertium vero perfeccio confundit. Este namque in spirituali vita tres status, incipiētum, proficiētum ac perfeccorum, Gregorius satis evidenter insinuat, dicens: Tres sunt modi conuersorum, inchoatio, medietas, atque perfeccio. In inchoatione autem inueniuntur blandimenta dulcedinis, in medio quoque tempore certamina tentationis, et extrellum verò, perfeccio plenitudinis. Et alio loco: Aliud sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfeccio.] Eosdem status Hugo Victorinus agnoscit, & in Joseph virginis spōlo, & Samuele, & Jacob presignatos existimat. Pōsūt (inquit)

A per hos tres homines, tres hominū species designari moraliter. In Joseph incipiētum, in Samuele proficiētum, in Jacob perfectorum. Monetur incipiēs, ut fugiat, docetur proficiens, ut corripiat, invitatur perfectus, ut recipiat. Joseph, inquam, cui dicitur, ut cum puer, & matre fugiat in Ægyptum, incipiētes signat, qui mundum debent fugere, & à terrenis sollicitudinibus declinare. Samuel vero, qui ascendit in Silo, & moratur in templo, denotat proficiētes, qui habitat in templo cum cor suū sanctis meditationibus exercet, aperte ostia tēpli, cum alios docent, loquuntur ad Heli, cum de emendatione fratru prelatum monēt: & regūt multitudinem, cum subditos disciplinæ lege coērent. Jacob denique qui fili⁹ est Isaac, & Rebeccæ, perfectos significat, qui gaudij spiritualis, & patientiæ temporalis sunt filii, & gaudiū habent in contemplatione, ac patientiæ virtutē in tribulatione.] Hęc omnia Hugo, & alia multa latissime. Meminit, & horum trium statuum Beatus Maximus, dicens: Scriptura sacra hos qui introducent, & ad vestibula diuinæ virtutū ait prostrāt, vocat metuentes; eos autem qui comparauerunt habitū verborum, & morum, virtutē conguitū, nouit appellare proficiētes: at qui per cognitionem iam peruererunt ad fastigium virtutis experimentis veritatis, illos nuncupat perfectos. Quod si in singulis tēpli gradibus, singulos Psalms sacerdotes cōcinebāt: ut fert Hebræorū traditio, ut magis sedi Domini appropinquantes aliquid perfectius postularēt. Videamus & nos an primos horū quindecim Psalmorum versiculos, quos graduales vocamus, singulis possimus vitæ spiritualis gradibus adaptare. Multa enim sūt in diuinis literis oculata mysteria, que Dominus quādo vult, & quib⁹ vult aperit, & aliquādo ignorantes illustrat, si propriam ignorantiam agnoscētes, & imperitiam confitentes, diuinū auxilium implorent.

Incipientes ergo in via spiritus sunt, qui vitæ spiritualiē incipiūt, & à malis vita carnalis recedunt, & hi quinque primos gradus concindunt. Primus gradus est, cū diuina amicitia, & familiaritatē magnitudine allecti, grauiā peccata deserunt, & à Deo pergratue crimen numquā separari proponunt, firmissimèque hanc spiritualē mortem vitare decernunt. Et merito hanc primū vitæ spiritualis gradum vocamus, nam qui infidelium Israēlitarum more claudicant in duas partes, & iam sequuntur Dominum, iam procumbentes ante aras Bahal, diabolum venerantur, nec dum vite huius iter incepérunt, neque ad primū gradum peruererunt. Egregiè nāque dixit Leo Papa: Morientum est diabolo, & vivendum Deo, deficiendam inquirati, ut iustitia resurgatur, occumbant vetera, ut oriantur noua.] Et volentibus ad vitam ingredi primū proponit Dominus, ut seruē mandata, nam sine mandatorum custodia ad gehennam itur, non in cœlestem patriam confunditur. Hunc primū gradum assequita est Magdalena, cū cognoscēs Dominum accusuisse in domo Pharisæi, & ad abluendos, & vngendos illius pedes preparauit, & vitam veterem abdicare disposita. Beata illa, que tam velociter festinavit, nam in primo perfecciois gradu ad Domini pedes accessit, & ad postremū eucta recessit. Hunc gradum, qui cupit oculis in cœlum defixis, ita desideria sui cordis exponat. Ad Dominum cū tribularer clamauit, & exaudiuit me. Domine, libera animā meā a labiis iniquis, & a lingua doloſa.] Hęc enim est maxima tribulatio criminibus subiacere, quæ non propriis viribus, sed auxilio Domini vincenda est. Ipse enim est eripiens nos à labiis iniquis Diaboli, qui nos decipiebat, & à lingua dolo-

Maximus se. 1.
de virtute
& piso.
c. 68.

Leo ser. 1.
de re sur-
ret.
Mart. 19.
17.

Luc. 7.
37.

Psal. 119.
1.2.

sa, cōcupiscētia, quæ nos carnis illecebris inescabat. Secundus gradus est, cū incipientes, non tantum grauia peccata fugiūt, sed à leuibus quoque peccatis abhorrent. Quæ licet omnino in hac morte vitali, vitare non possint, cū scriptum sit: Nemo mundus à forde, neque infans, cuius est vnius diei vita super terram. Possunt tamen quotidie minuere, possunt in dies leuiora facere, possunt nullam ex malitia, & ex professo committere, possunt, quæ ignorantia, & infirmitate faciunt, statim cōfessione abluere, & amaris lachrymis deplorare. Iustum autem gradum ille tenuit qui dicebat: Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt, de necessitatibus meis erue me.] Necesitates istæ (inquit Hugo) molestiae, & tentationes sunt, quæ ex carne proueniunt, & omnino vitari non possunt.] Quas, ut euadamus nobis proclamā, lum est. Leuui oculos meos in mótes, vnde veniet auxilium mihi: Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlū, & terram.] Nam manus Domini factoris cœli & terra, est, que nos terrestres id est, infirmos, in cœlestes cōuerteret, & meditatio montiū, id est, vite sacerdotiū, sepe à leuidibus etiā peccatis abducet.

Tertius gradus est, omnium rerum externarum contemptio, & diuitiarum honorum, ac dignitatum derelictio: Cū scilicet quis haec, vel affectu, & voluntate abiicit, illud Davidis obseruans: Diuitiae si affluant, nolite eorū apponere.] Vel si status ferat, actu & operatione derelinquit. Ad hunc autem gradum peruenierunt Apostoli, quando dicebant: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Omnia namque reliquissimæ sunt, vniuersalia, quæ extra nos sunt, non solum affectu, sed actu etiam abiicisse. Et, duabus aliis presuppositis, ab isto gradu vniuersi religiosi debent utram religiosam incipere. Sapienter enim dixit Laurentius Iustinianus, quodam spirituales gradus enumerans. Ascensionis huius initium est, vt derelinquistia, quo quietius habites tecum. Tunc autem habitare voluit Deus, quatenus in te spiritualiter discas abnegare te ipsum. Hoc nēpe si peregrinis, diligenter interioris pacis, atque virtutis illeetus dulcedine magni astimabis cruce tollere, & ire post Christum.] In hoc autem gradu existēs canit. Læatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domū Domini ibimus.] Videntes, quod sibi ob hauc temporalium contemplationem cœlestis præmium promissum est. Nam ab hac sententia Dominus quedam sermonem est exorditus. Beati pauperes spiritu quoniā ipsorum est regnum celorum.]

Quartus gradus est, castigatio corporis, sc̄esus cohibito, vniuersorumq; carnalium mortificatio vitiorum. Cuius meminit Paulus dicens: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cū aliis predicatorum ipse reprobus efficiar.] Hunc autē gradū omnes illi possidēt, qui delicias, & voluptates defertentes, corpus suum discreta quadam, & rationi consona mortificatione castigant, & omnia vita cordis sui magno mentis feruore extirpare contendunt. Iste profecto habitum gestant militi Christi, quæ afflictio corporis est, & aliquod indicium properatiū in cœlū. Nam (vt inquit Basilius) vt optimus corporis habitus, & coloris bonitas, pugilā ceteris distinguit, sic Christianum à ceteris macilentia corporis, pallorq; deflorescens, qui continentia veluti adiutorius est comes. Indicio est enim Christi mædatorum verē paginē esse, qui in infirmitate corporis aduersarium suum in lucta prosternit, & quā potēs sit, in pietatis certaminibus declarat, cōuenienter verbis illius. Cū infirmor, tunc potēs sum.] Iste se ita affligentibus, & sua corpora castigantibus, cōuenit lu-

Amina in cœlum attollere, atque ita dicere. Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cœlis.] Dei enim contemplatio necessaria est, & cœlestium bonorum, quæ speramus consideratio, vt arctam penitentiam alacriter arripiamus.

Quintus gradus est abnegatio proprij consilij, & propriæ conculatio volūtatis: quam qui cū corporis, ac omnī vitorū mortificatione, non facerit confessatus, fructa bona externe contempnit, & vitam religiosam arripuit. Dedit enim Domino lumen auri, & argenti, & stercus diuitiarū, & gemmas iudicij, & volūtatis sibi retinuit. Dedit corpus suum, & postea quærendo delicijs, & voluptates, iterum visurpauit. Haec est lepra cordis (inquit Bernardus) propria volūtates, & proprium cōfūlū. Lepra nimis pessima, eoq; perniciosa, quo magis interior. Quā Dominus nos vitare suo exemplo præcipit, dicens ad Patrem: Non mēa voluntas, sed tua fiat.] Si enim Christus voluntatem bonam naturale abiecit, vt meliori spiritui se subiiceret, quantò magis debemus nos, vt Deo subditi simus, malas voluntates abnegare. His autē, qui propriū iudicij, & voluntatem deponunt, sequens Psalmus optimè cōuenit. Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Ihesus, niſi quia Dominus erat in nobis. Cū exurget homines in nos, fortē viuos de glutissent nos.] Quoniam Dominus in corde eorum residens, potenter facit, ne ab hominibus, id est, à semetipis, & a suis prauis voluntatibus deglutiatur, & aquis mœrorū, quæ à propria volūtate manat, absorbeantur. Hos tres postremos incipientiū gradus, sub nomine triū abrenuntiationū, Ioannes Cassianus elegāter exprefit. Prima (inquit) est, qua corporaliter vniuersas diuitias mundi, facultatesq; contēnimus. Secunda, qua mores, ac vita, affectūq; pristinos animi, carnisq; respuiimus. Tertia, qua nientem nostram de præsentib; vniuersis ac vñibilibus euocantes, futura tantummodo cōtemplamur, & ea quæ sunt iniungib; cōcupiscimus. Quæ tuus, vt simūl perficiātur, etiā Abrahā legimus Dominiū præcepisse, cū dixit: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui.] Primum dixit: Exi de terra tua, id est, de facultatibus mundi huius, opib; que terrenis. Secundū, de cognatione tua, id est, de conuertatione & morib; vitiisq; prioribus, quæ nobis à nostra nativitate cohærentia, velut affinitate quadā, & consanguinitate, cognata sunt. Tertiū, de domo patris tui, id est de omni memoria mundi huius, quæ dūculū occurrit obtutibus. Sic ille. Nec immeritò hę cogitationum abiectio, mortificationi voluntatis & consilij aptata est, quoniā sine illa, nemo noxias cogitationes abiicit, neque mentis tenebit puritatem. Ecce gradus incipientium, in quibus ascendendi fatis habes, quod labores, & si nondum eos ascendiſti, adhuc in parvularum numero computabitis.

De quinque aliis gradibus proficiuntur in vita spirituali.

CAP V T X.

Sicut incipientes sunt, à malo recessunt, & vniuersa vita cordis extirpāt, ita proficiētes appellamus eos, qui in bono virtutis se exercent, & dona mente exornātia, tū oratione, & gemitibus à Deo impetrāt, tū proprio labore diuinā gratiā subnixo, comparare nituntur. Postquam ergo religiosi viri infantiam vite spiritualis præterierunt, hoc proficiuntur stadium debent magna celeritate percorrere, quod in quinque gradus, aut ascensiones afferimus distributum.

Primos

Psal. 1. 1. 2.

Born. ser.
7. de resur.
ref.

Luca 2. 2.
4. 2.

Psal. 1. 2. 3.

Cass. col.
3. c. 6.

Gen. 1. 2.